



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 133. Quid notandum sit circa vacationem per Matrimonium, ingressum Religionis, militiam, captivitatem, absentiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

novæ Ecclesiæ, potest sine nova collatione redire ad priorem, quia Papa volebat vacationem sub conditione habendæ alterius, arg. Cap. Si beneficia de præb. in 6. *Castrop. Garc. Leur.* q. 155. n. 3. & q. 160. n. 4.

Q. 133. Quid notandum sit circa vacationem 930 per matrimonium, ingressum Religionis, militiam, captivitatem, absentiam. R. Seqq.

§. I. Per matrimonium de futuro, sive per sponsalia non amittitur beneficium, *Sanch. Castrop. Lott. Leur.* p. 3. q. 44.; talem tamen meritò pri-  
vandum esse dicit *Less.*, sed melius contradicunt *Lott. & Garc.* p. 11. c. 8. n. 19., quia nullibi impo-  
nitur ea poena. E contrà per matrimonium de præ-  
sentivacant ipso jure absque sententia vel declaratio-  
ne omnia beneficia iu Ecclesia latina, Cap. 1. & 3. de  
*Cler. conjug.*, & cap. un. eodem tit. in 6. *Az. Sanch. Barb. Leur.* q. 36. contra *Carer. & Rodriq.*, Simili-  
ter cum matrimonio penitus emoritur, nec soluto  
matrimonio reviviscit jus ad beneficium, exspecta-  
tiva, accessus, regressus &c. *Sanch. Garc. Barb. Par-  
ris. Castrop. Lott. Leur.* q. 38. Quod tenet, etiam si  
uxor non consummato matrimonio ingrederetur  
Religionem aut moreretur, *Sanch. Garc. Barb. Car-  
strop. Lott. Leur.* q. 41. Item perditur jus ad pensio-  
nes Ecclesiasticas, *Tusch. Barb. Paris. Castrop. Lott.  
Leur.* q. 38. Neque in his dispensare potest Episcopus,  
*Abb. Host. Az. Castrop. Lott. Leur.* q. 42. & 48. Di-  
spensatio tamen habilitans ad beneficium non tol-  
litur per matrimonium, *Sanch. Garc. Leur.* q. 39.

§. II. Si matrimonium sit invalidè contractum 931  
defectu consensū in beneficiato, vel quia caruit li-  
bertate, vel quia vi aut injusto metu est coactus, non  
inducitur vacatio, quia nec assumpsit nec attentavit  
assumere matrimonium, *Sanch. Garc. Castrop. Leur.*

*ca*, *Lott.* Si autem dolosè finxit consensum , aut scienter contraxit cum impedimento dirimente, adhuc putant *Sanch.* *Leff.* *Laym.* *Castrop.* *Pirb.* aliquae Theologi ipso jure non induci vacationem , quia **Canones** tantum loquuntur de legitimo matrimonio , & reipsa talis non contraxit statum incompositibilem , nec censeri potest voluisse dimittere beneficium ; consentit *Garc.* , si ignoranter ita contraxit, sed *Covar.* *Gonz.* *Barb.* *Tond.* & **Canonistæ** communiter docent jure ipso vacare , sive ignoranter si ve scienter sit contractum , & *Lott.* dicit oppositam sententiam esse cavendam ac erroneam, quia quando lex ipsa vel dispositio consideravit potius ipsum factum quam effectum, poena incurrit per ipsum factum , *Bartol.* in l. *quid ergo* , n. 1. ff. de his, qui notantur infam. Hinc in ordine ad incurriendam hanc poenam privationis ipso jure putant non esse inspiciendam facti validitatem , sed factum ipsum, ideoque hanc vacationem causari à sola attentatione statutus imperfectioris , & ejusdem productione ad aliquid esse de facto , licet fiat absque valore. Vide *Leur.* q. 43. 46. 47.

932 §. III. Si beneficiatus pubes contrahat cum im- pubere matrimonium, non videtur ipso jure privari beneficio , quia talis contractus interpretatione juris est tantum sponsalitus , cap. un. *de despons. impub.* in 6. Nec obstat , quod sit attentatio matrimonii; quia haec non inducit obligationem , vacatio autem non respondet attentationi nullam inducenti obligationem , *Castrop.* *Leur.* q. 45.

933 §. IV. Quamvis præbenda **Canoneßæ** non sit beneficium , secundum dicta n. 230. , tamen vacat per matrimonium , uti dictum est n. 233.

934 §. V. Beneficium non vacat per ingressum in novitiatum Religionis , Cap. *Beneficium* , de Regu-

lat.

l. in 6. Imò novitus manet capax novi beneficij, si conferatur, *Lott. Leur.* q. 54. Et hæc tenent, licet novitiatus produceretur ultra ordinarium tempus, quia manet idem status, *Sanch. Mandos. Castrop. Leur.* q. 55. Et fructus perceptibles in absencia acquiruntur novitio, non tamen requirentes personalem præsentiam, quia hæc non est ex causis a jure expressis, *Suar. Sanch. Garc. Castrop. Leur.* q. 56. Si tamen beneficium requirat servitium, debet statui Vicarius, assignatâ solum congruâ portione fructuum, *Laym. Tann. Lohn. Leur.* q. 57. Quod si beneficium sit Curatum, debet obtineri licentia Ordinarii in scriptis, *Garc. c. 9. n. 30.* Quod dictum est de novitiis, valet etiam de conversis ingrediens Monasterium & vestem religiosam affumentibus cum solo voto simplicis obedientiaz, *Lott. Leur.* q. 53.

§. VI. Per professionem religiosam vacant ipso 935 jure beneficia in seculo obtenta, cap. *Beneficium a de Regular.* in 6., Item jus ad beneficium, uti & pensiones Ecclesiasticae, *Sanch. Barb. Garc. Castrop. Lusca.* Valerque hoc etiam de votis coadjutorum formatorum in Societate Jesu, *Castrop. Leur.* q. 52. Idem est de conversis, qui emittunt professionem, *Lott. Leur.* q. 53. Et dicta tenent, etiamsi professio sit solum tacita, id est, quæ inferatur per conjecturas & signa exteriora, ac fieri censeatur per actum aliquem professis proprium, qualis est eligere in Capitulo &c. *Lott. Leur.* q. 50.; si tamen professio sit nulla, non vacant, sed post declarationem nullitatis potest insistere beneficio, quia hic attentabatur status melior, unde non est ideo privandus, *Lott. Leur.* q. 51.

§. VII. Licet per emissionem votorum simpli- 936 eium in Societate JESU aliquis fiat Religiosus, ta- men non ideo ipso jure vacat ejus beneficium aut

aut pensio, quia manet capax juris & dominii fructuum, *Sanch. Barb. Castrop.* Decrevit tamen Congreg. III. Can. 5., ut antequam vota simplicia emitantur, omnia beneficia dimitrantur, *Leur.* q. 52.

937 §. VIII. Beneficia ipso jure vacant per militiam sacerdotalem, quia est status incompossibilis, *Gl. Gig. Az. Tond. Paris. Gonz. Lott.*, Unde dimissa militiam non poterit quis redire ad beneficium adhuc vacans, *Ricciul. Barb.*, qui tamen pertinet Clericum in Sacris constitutum venire tantum privandum: probabile etiam videtur, si tantum sit adscriptus militiae & ne cum secutus castra, neque exercuerit militaria, non vacare beneficia ipso jure, *Gl. Az. Rebiff. Tond. Lott. Leur.* q. 59.

938 §. IX. Beneficia non vacant per captivitatem aut incarcerationem perpetuam, id enim nullus Canon statuit, *Tond. Lott. Luca*: Nec obstat, quod Cap. Si Episcopus, de suppl. neglig. prael. in 6., Ecclesia censetur vacare, Episcopo in captivitatem abducto, nam eodem modo censetur vacare, si fiat amens, nec ideo vere vacat, sed in tantum censetur vacare, quod iurisdictio devolvatur ad Capitulum, *Laym. Luca*. Quod si beneficiatus in captivitate vel carcere moriatur, beneficium vacat per mortem, nec in materia Canonica valet dispositio civilis legis Corneliae statuentis morientem in captivitate fungi mortuum in hora captivitatis, *Leur.* q. 60.

939 §. X. *Gl.* & alii communiter, teste *Pirh.* l. 3. t. 5. n. 171. docent per solam absentiam, quamvis 10. annorum, non censeri vacare beneficium, nec beneficiarium ipso facto vel jure censeri privatum, sed esse citandum: nisi tamen propter nimis longam absentiam & alias circumstantias aliquis censeri possit beneficium pro derelicto habere, *Gonz.* gl. 15. n. 64.

940 Q. 134. Quid notandum sit circa privationem ob varia delicta. R. Seqq. §. I.